



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breuiarius Moguntiu[m]**

**[Straßburg], [ca. 1500]**

Lectio. iij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

sanis aut celeste est desiderium. Ager vero in quo thesaurus absconditur disciplina studij celestis. Quae profecto agrum venditis omnibus comparat qui voluptatibus carnis renunciat cuncta sua terrena desideria per discipline celestis custodiam calcat ut nihil quod iam caro blanditur libeat: nihil quod carnales vel tam trucidat spiritus perhorrescat. Tu autem domine.

**R**ursum celeste **Lectio scda.** regnum negotiatori homini simile dicitur qui bonas margaritas querit sed vnam preciosam inuenit quam videlicet inuentam omnia vendens emit quod qui celestis vite dulcedinem in quantum possibiliter admittit perfecte cognouerit ea que in terris amauerat libenter cuncta derelinquit in comparatione eius vilescunt omnia: deserit habita congregata dispergit: inardescit in celestibus animus: nihil in terrenis libet deforme conspici quicquid de terrene rei placebat specie: quia sola speciose margarite claritas fulget in mente. Tu autem. **Lectio. iij.**

**D**e cuius dilectione recte per salomonem dicitur: Fortis est ut mors dilectio. Quia videlicet sicut mors corpus interemittit sic ab amore rerum corpo-

ralium eterne vite charitas occidit. Nam quem perfecte absorbuerit ad terrena foris desideria velut insensibilem redit. Neque enim sancta hec cuius hodie natalicia celebramus: mori pro domino potuisset in corpore si prius a terrenis desiderijs mortua non fuisset in mente. Erectus namque in virtutis culmine animus tormeta desperit: premia calcavit: ante armatos reges et presides ducta stetit: feriente robustior: iudicate sublimior. Tu.

**In commemoratione feriale** cuiuscumque sancti in primis vespersis si concurrat commemoratio festiua alterius sancti illa agitur: et nihil de sancto feriale. **Exempli causa** si commemoratio ferialis alicuius sancti cadit in feriam secundam tunc in primis vespersis hoc est in vespersis diei dominice dicitur vespere s dominica aut factio que agebatur in dominica: et nihil de sancto feria. ij. commemorando. Si vero die precedenti sanctum feriale non habentur nouem lectiones: tunc in primis vespersis psalmi feria s les cum suis antiphonis. **Hymnus. ca. p. antiphona. super magnum. collecte dicuntur de sancto. Post primam Benedicamus Suffragia feriale. Complurime de tpe In matutinis. Inuitatorius**